



colorchecker CLASSIC




xrite



Thracia
Dimerzorum

17.

1289



XV^e s. n^o ~~1140~~

~~n^o 6509~~ 1289

- Cable dei mattoni contenute d'anni e volume
 1. Christophori Richeri Chorignei de rebus turcarum libri
 quinque pagina 4.
 2. Commentario dilectissime de turchi di Paulo jorio vescovo di
 nocera a Carolo quinto imp. auy pag. 65.
 3. Laudivii equitis ad francinum Braltrandum in Epistola
 magni turchi prefatio pag. 108.
 4. Gubelmi caordin obsidionis Rhodie urbis Descriptio pag. 131.
 5. Chroue Guichardi Rhodie oratio super Rhodiorum oppugnatione
 et de ditione pag. 149.
 6. Joan. Quintini pedis ad Sophum insulae Melitae descriptio
 pagina 161.
 7. Sim. Pegnii Grinopi de foraticae desolatione oratio p. 174.
 8. Mariani Barletti de obsidione scodrensi coniones variae
 a Memuseth turcarum principe et ab aliis nisi critica
profectis compositae pag. 177.
 9. Bellum scodrense pagina 249.
 10. Vintiero Riagguggio del successo di Samagorta pagina 260.
 11. Relation de la journal de succedi da alio pag. 264.
 12. Copia di una lettera del sig. Secretario del illust. signore
pio andrea Doria con il vero disegno del luogo dove e seguita
l'agionata miglia sopra lepanto. pag. 268.
 13. Lettera del Clarissimo S. Giuliano Diedo all'illustrissimo
sig. mare antonio D'arbaro nella quale e confid. il mare
si describe la gran battaglia navale pag. 272.



14. Alphonsi ~~patris~~ De federe e de Victoria contra
Lucas brevis enarratio pagina 303.
15. Johannis baptistae e Casarii De Victoria Christianorum
ad Chinadas oratio. pagina 314.
16. alla sacra maesta Del imperatore Rudolfo II.
Relatione di Mons. Gio Maria tagliaveri intorno
La presa di Gerasano con sue lettere pag. 322.
17. fedel Relatione mandata Dall illustriss. sig. Baldo
di Cremona f. Oderando Vecchiotti pagina 332.



Gulielmi Caorsin Rhodiorū uicecancel-
larij: obsidionis Rhodie urbis descriptio.

Hodie urbis obsidionē descripturus :
causas in primis narrare institui: que
turcorū tyrannū mahumetū potissi-
me impulerūt: ut tāto conatu Rhodi-
os aggredereť. Licet enī cū turcis nō parua diffidia
Rhodij habuerint: tamē cū eo q̄ nūc imperat: post
Constantinopolis expugnationem grauiā gessere
bella. Inimicus q̄dem uires indies augens insolent-
ior reddit. Cūq; quatuor & uiginti annorū curri-
culo cōplures sibi uicinas ditiones subegisset: ani-
mo inflatus egre admodū tulit Rhodiam urbem
equitūq; hierosolymorū ditionē finitimā eius im-
perio liberam absolutamq; esse. Maxime q̄ diuer-
so tēpore q̄tuor classibus instructis castella & rho-
diorū agros inuaserit: obsederit: oppugnauerit: ex
quibus ignominiam discrimē & cladem reporta-
uit. Ex turcis nāq; multi trucidati: palo suffixi: fur-
cis suspensi: sagittis affecti: lapidibus cēsi: calamis
preustis suffossi: gladijs obiecti mēbratim discer-
pti perierūt: terra mariq; hostes succubuerūt. Cō-
specta igit Rhodioꝝ militū generositate: quod ui-
sseq; non potuit: dolo uersutiaq; tentare decreuit.
Sēpius enī submissis grēculis q̄ sibi parēt: studuit



2163 p. 2279.

64

a



confederationem cū rhodijs inire equa conditione
pmiffa: dū modo quippiā tributi titulo concederet
Cū uero reiectū uectigal ſepenumero uideret: arte
pacē tractat: eam ratā habet ſi tacita tributi cōditio-
ne: orator hieroſolymorū cū munuſculis tribunal
ſuū adeat. Arbitratus quidē munera / tributi titulo
accepturū: que rhodiorū magiſtri munera uocita-
ret. Fallitur quoq; hoſtis hoc cōmento. Nec rhodij
conditionē recipiūt: eiq; cōiungi cōtemnūt: q; fidē
chriſti perſequit: quā ex pfeſſiois uoto tutant de-
fendūt iuuāt. His de cauſis rabidus hoſtis odiū cō-
tra rhodios inexorabile cōcipit: menteq; deſtinauit
urbem ſi poſſet pdere: & rhodiorū nomē penitus
delere. Impulſus quoq; eſt quorūdā pſuaſionib; q;
ad turcos defecerāt: abditaq; urbis cognorant. Inter
quos primū locum obtinuit uir nepharius & pditi
ingenij Antoni meligalo rhodius / nō infimo loco
natus qui rem domeſticam iam pridē dilapidaue-
rat. Is rei domeſticę penuria ductus diutius cogitās
quo nā modo rhodijs inſenſus eſſet. & patrię cladē
afferret: urbis propugnacula. turres. mœnia. abdi-
ta loca. munitiōes diligētius ſpeculatus: ciuitatisq;
ſitū. edificia deſcribēs: ad turcū traiecit. Cōſtanti-
nopolī quoq; degens / uanę pollicitationis ſpe ur-
bis potiunde data: quendā Baſſam gręculū ex no-
bili paliologorū familia natū ad nephādū facinus

allexit. Secutus est huius uestigia / euboycus quidā
 Demetrius Sophiana: uir quidē superstitiosus &
 maleficus: q post euboycā direptionē ad turcū de-
 fecit: aliquādo quoq; rhodi habitauit. & postea nū-
 cij nomine de pace tractauit. Hic etiā suasor obsidi-
 onis extitit. Exactis itaq; his in ordiūdis suadēdisq;
 annis tribus. tandē res Bassę placuit. Profuit ad id
 inducendū apostatarū plurimoz q fidē abnegarūt
 iniquitas qui puerforū suasus probarunt. Asserebat
 proditor Antonius urbē nō nullis locis ueteribus:
 muris uetustate collapsis facile inimico patere: ac
 paucos ciues defensoresq; adesse: & plerūq; com-
 meatuū triticiq; penuria laborare: subsidia quoq;
 a longinqs regionib; rhodios expectare: quę tem-
 pori adesse nō poterint. Idem testat Demetrius. Id
 quoq; sequaces astipulant. His iactis fundamentis
 suadebāt facinus aggredi oportere. Dū hec Bisantij
 agitentur / Rhodiorum clarissimus princeps
 & magister Petrus daubuffon: uir quidem magno
 excellentiq; ingenio ac prudentia / illustri familia
 apud galliā celticā natus quē ea nō latebāt: diuino
 instinctu ductus / uetustiora urbis loca delapsa &
 minus munita toto triēnio magnifice erexit: mu-
 niuit: āpliauit: excogitauitq; frumētī uim magnā
 & cōmeatuū copiā cōparare. Religiososq; ac mer-
 cenarios milites accire quo urbē tueret: p quibus

deuehendis & cōducēdis/ epistolā mādatorias ad
diuerſas orbis prouincias destinauit. Ita nutu dei
& magistri opera ciuitas munitur: cōmeatus cōpa-
rantur: naues/ milites ad tuitionē accedunt. Prodi-
tor Antonius horū inſcius/ arbitratus omnia negli-
gentius apud rhodios prēteriri/ instigat Bassam ut
properet & rem memoratu dignam aggrediatur.
Idipsum suadere conatur Demetrius. Quo effectū
est ut Bassa ad turcum ea ex ordine referret. Sepi-
us quoq; inter turci satellites re agitata de Rhodie
urbis expugnatione consultatur. De qua uaria ori-
tur sententia: quibusdā asserentibus rem penitus
inanem esse: nec id posse facile consequi: ob urbis
magnificentia & militū generositatē: qui asiaticis
pares censeſi nō debent: quibus mortē potius op-
perere q̄ aliquid turpiter imbecilleq; agere animo
est: alijs rem facile causis asserentibus affirmatibus: nec
tam paruo tēpore quibusuis magistrū prouidisse.
Quare si cū celeritate & diligētia exercitus mari-
timus atq; terrestris comparet: urbem haud dubio
expugnatū iri putant. Accersunt ad hanc consul-
tationē diffiniendā machinatum uiri periti: inter
quos numeratus ē Georgius uir uafro subtiliq; in-
genio qui ex Chijs ad turcū dudū defecerat. Con-
stantinopoli quoq; degens uxorem & liberos nu-
triebat: a turco dilectus & plurimis gratijs dotatus

Is aliquādo rhodi fuerat: urbemq; tabula designa-
 uerat. sed tūc nō tam munita fuit. Preterierāt nāq;
 anni uiginti ab eo tēpore quo eam uiderat. Descri-
 pserūt & turci iussu plures egregij artifices rhodie
 urbis sitū. sed Georgius cūctos superauit. Magnis
 itaq; ratiōibus adductis, uicit tandē sentētia: ut ur-
 bis oppugnatio magna ui fieret: hoc fundamento
 inherētes, nullos tā crassos muros esse qui machi-
 narū impetu demoliri nō queāt. magnāq; turci esse
 potentiam. qui duo imperia: duodecim regna: tot
 puincias: totq; urbes subegit. Hostē quoq; nō pa-
 rum mouit rhodie urbis situs ad cōparādas classes
 aptissimus: insuleq; celebritas magnis laudibus ab
 antiquis predicata: quā ob loci magnificētiā: aeris
 salubritatē: & ad orientis puincias subigendas co-
 moditatē: potentes quōdā Romani beniuolā & si-
 bi amicam reddidere. Putatq; si hac potitus fuerit:
 finitimis subactis ditionibus: fines suos per egeum
 ioniūq; pelagus facile perlaturū. Resistētibus itaq;
 quibusdā preclaris Bassis atq; ī sinistrū presagien-
 tibus: classis instaurat: exercitusq; cōparat. Decre-
 tum est ut milites terrestre iter faciant: traiectoq;
 hellesponto p̄ asiam ī lyciam que rhodiorū insule
 adiacet pergāt. & per fretū lyciū a phisco antiqua
 cōtinentis ciuitate duo de uiginti milibus passuū
 distāte rhodum nauigēt. reliquos uero machinarū

& belli ingeniorū apparatus cū parte copiarū clas-
se deuehitur. Bassa paliologus expeditionis prefe-
ctus classem cōscēdēs Antoniū perquiri iubet quē
paulo ante morte turpic obijisse cōperit. Accersito
igitur Demetrio satellitē adhibet. Tūc passim ru-
mor exijt classem & copiosū exercitū ī rhodios pa-
rari. Turcus ut hęc res nos lateret / aditus port⁹ pas-
sus custodit: phibetq; ne qs nunciū deferat. Sed nō
ualuit eius astutia magistri solertiā prohibere: qui
assidue litteris & nūcijs ex turchia apparatū intelli-
git. Nōnulli quoq; ex nūcijs in dolo uersati sūt. Nā
cū exercitus ī lycia degeret / classem operiētes affir-
marūt uita excessisse & alijs ex causis exercitū illic
adesse. Dū hic rerū status esset / sūma cura princeps
noster: hostiū dolos acute pspiciēs cūcta disponit.
& de p̄sidijs Langonis Castelli sancti petri Feraci
Lindi Moneleti ordinat. Quę loca defensorib⁹ cō-
meatibus machinis & ceteris bello aptis muniunt.
Omnis plebs cū supellectili rhodū & oppida itrat.
Ordei quod maturū fuit colligit q̄toci⁹. Frumētū
crudū: nōdum enim messis tēpus aderat: quod ur-
bem circūdabat: prout cuiq; facultas fuit populus
eradicat: colligit & ī domos portat. Dū hęc magno
cū tumultu agerent: uigil qui ī specula mōtis qui
ad occidentem uergit / sacello sancti Stephani sacri
nūciat classem apparere. extensisq; uelis nauigare.
Magna quippe populi frequētia ad hoc spectādū

134
cōcurrit. tota ciuitate trepidatur. populiq; clamore
cūcta resonāt: classis phiscū nauigare properat: ut
milites qui terrestre iter fecerāt cōscendāt. & rho-
diorū fretō trāsito/repente uelis cōuersis ad nostra
declinat littora. Appulit itaq; ea classis uelōrū cētū
decimo kal. iunij anno incarnationis uerbi diuini
1480. militeq; ī terrā exposito primū ī uertice mō-
tis sancti Stephani. & circa eius mōtis colles castra
metati sunt. machinas quoq; & bellica ingenia in
littus exonerāt eo ī loco quē ab ipso monte deflu-
ens fons abluit: qui a rhodijs obice collis spectari
nō potest. His peractis pars classis ad deuehēdū
terrestre exercitū phiscū nauigat. In classis aduen-
tu quidam turci equestres pedestresq; uersus urbis
mœnia audacia quadā freti irruūt. Eruptione autē
a nostris facta hostes fugant; fundūt. quidā quoq;
ex eis trucidant. Postea dū nostri comessarent. al-
tera eruptione facta turci propellunt; caduntq; nō
nulli. ex nostris uero miles unus perijt q; incautius
manū cōserebat. cuius spolia & cadauer nostri sibi
uēdicāt: turci capite absciso illud lancee suffigūt ad
suos quoq; cū plausu reuertūt. Postridie eius diei q;
classis appulit: hostis tres ingētes machinas ī hortis
ecclesie sancti Antonij uicinis arboribus omnium
generis fructuū cōsitis collocat. turrim quoq; san-
cto Nicolao dicatam in uertice molis sitam oppu-
gnare conat; easq; machinas lignearū munitiōnū

propugnaculis operiunt defendūtq;. Nostri uero
muni mētis quę repara uocāt cōspectis: tria tormē-
ta quę bōbarde uocant̄ ab hostiū dextera ī hortulo
palacij militum auerniorū statuūt: eiusq; diei dilu-
culo Georgius machinatū egregius artifex de quo
habitus est sermo: repente ad fossę ripam quę ma-
gistri palatiū munit uisus ē: amice omnes salutās
clamitanq; ut introducat. ab rerū ignaris uix con-
fodit. defendit̄ ab alijs: extēploq; ad magistrū pdu-
cit. Vir enī erat corpore procerō: forma eleganti:
fatis eloquētię: magna astutia: cui germania patria
est. Rogatus de causa aduentus respōdit celo fidei
cōpulsus & publico christianę religionis comodo
suafus ad nostros defecisse. Placide excipit̄: lauda-
turq; ppositū si in eo p̄sistat. De hostis exercitusq;
habitu dispositione qualitate consultus: cōstanter:
prudēter: intrepideq; respōdit. Inter cętera edocet
numerū militū omnis generis cētū milia uel circi-
ter adesse: classē eā quā diximus machinas sexde-
cim ingentes deuexisse. quaz lōgitudinis dimēsiō
palmoz duorū & uiginti fert: quę uehemētissimo
uelocissimoq; iactu globos saxeos rotūdītatis pal-
morū nouē plerosq; undecim torquēt. De huius
uiri defectione uarię quidē sententię suboriuntur.
Quidam exploratorem affirmant: & fugā cōmen-
to asseruisse ut rhodios fallat. Nōnullorū assertio

fuit eū callidū & maleficū uirū esse : multaq; olim
 effinxisse. Quibusdā alijs sentientibus: & in bonā
 partem defectionē interpretātibus: q; prudēs esset
 & pœnitens errati id fecerit: sapideq; intelligeret
 hęc rhodijs machinari nō posse: ubi tam prudentē
 principē: & expertissimos milites intelligit dege-
 re. Augent suspitiones epistolę ex castris turcorū
 in ciuitatem sagittis missę: quę Georgiū insimulāt
 & ab eo cauendū esse dicitant. Magister ingenio
 solers & perspicax/ Georgiū arcta custodia seruari
 iubet: sex robustissimis comitibus adhibitis: in his
 quę machinarū iactū & belli igenia spectāt: ipsius
 arte caute utitur. Omni igitur conatu turci ad ex-
 pugnacionē turtis & molis sancti Nicolai incum-
 bunt: si huius potiant/ putāt urbē in suā potestātē
 facile uenturam. Est enim molis ipsa trecentorum
 circiter passuū in mare protensa/ miro artificio ab
 antiquis manufacta: quę suo progressu portū trire-
 mibus aptum a patte occidentis efficit. Cuius intro-
 itus cautibus concluditur : ut triremis introire uix
 possit. In molis quidē uertice septētrionē spectan-
 te arx de qua sermo est: magnifice nostra etate ere-
 cta est: ubi priscis temporibus colossus ille ingens
 rhodius unū de septem mirabilibus mundi positus
 erat. Qui post tres & qnquaginta annos quo fusus
 est/ terremotu corruit : osq; portus rhodij spectat.

201
A machinis quoq; illic collocatis sublimes qdē tur-
res que portū claudūt / ualide oppugnari ac dirui :
naues quoq; ne portū subeant phiberi haud diffi-
cile possūt. Loci igitur & turris oppottunitate ho-
stis allectus / omni conatu arcem aggredit̄: quatit
oppugnat: iactuq; trecentorū lapidū spericorū di-
ruit eā p̄sertim partē que occidentē spectat. Rui-
na quidem turtim munit. Licet enim suo ponde-
re ictuūq; uehemētia saxa ingentia ex quibus edi-
ficata erat laberent̄: tamen materia calce harena &
lapillis imixtis confecta adeo demoliri non potuit
quin turris potior pars staret: ex quo facilis ascen-
sus hosti negatur. Terrori fuit tanti edificij lapsus:
Multorum enim annorū opus illustre: temporis
momento ruit. p̄ter quoq; plutimorum opinio-
nem ingentes & impetuosę machine illam arcem
lacerāt: deturpant: deuastant. Cum autem turris
labefacta uix tutabilis uideretur: statuit magister
industria: ingenio: uigilantia: roboreq; militum
eam arcem tutari: que murorum crassitudine de-
fendi non potuit. Adhibitis uiribus summa cura
parantur que turri & moli p̄sidio sunt. Milites
igitur in primis strenuissimi deligunt qui locum
defendant. uallumq; ex lignis efficitur: quod tur-
rim claudat: fossamq; cautibus excissis circūducūt.
Collocat in turri p̄sidiū ualidū p̄ loci capacitate.

128
Turris nāq; iussu magistri: q̄ assiduo cogitatu tui-
tioni loci inuigilans non formidat cimba uectus
diruptā arcē uisere: dū machine lapides torque-
rent/calce & lapide opplet: ut locus uix cōmilitonū
capax reddat. Cōstituit & aliud p̄sidiū equestriū
& pedestriū in antemurali: quod a turri sancti pe-
tri ad inferiorē mandrachij partē p̄tendit: qui trā-
sitū turcis phibeant. Humile nāq; mare & uadosū
illic trāsiri potest: ubi & uegetum munitiones par-
rate: & tabulę clauorum infixione infeste in pro-
fundo fixe sunt: quę impedimento hosti uadenti.
In uallo autem radicis molis milites electissimi lo-
cati sunt qui pugnātibus nostris p̄sidio sint. Vbi
magister insignis armis auroq; fulgēs/facioti cla-
rissimo intendebat: Disponuntur ea parte muro-
rum urbis bombardę & tormenta quę triremes &
turcorū nauigia expugnent: perfringantq;. Prope
quoq; cautes eius arcis cimbe combustilibus op-
plete stationē habent: quę in oppugnatiōe incen-
dant: & hostiū classi incendium afferāt. His rebus
magno subtiliq; ingenio dispositis: fiunt uigilię:
p̄stolatur hostium inuasio. Demū exorto lucife-
ro: dum cephiri placide flarent: turcorū triremes a
littore cautiū montis sancti Stephani soluūt: supe-
ratoq; saburre promontorio nauigant: eamq; tur-
rim propugnant. Primo congressū anteq̄ in terrā

descendat / ingenti clamore: & tympanorum sono
uoces edunt: ut terrori multitudo sit. Nostri autē
in armis dispositi presto adsunt. Cum enim trire-
mes turrim propugnant: machine saxa iaciūt: pre-
sidium quod in turri locatū erat / armorum ui: ba-
listis: iactuq; lapidū hostem propulsat. Pelluntur
turci: fugantur: trucidantur. Ea in pugna quemad-
modum postea a perfugis relatum est / septingenti
turci interiire. multi uulnerati. quidam desidera-
ti. Victoria potitus princeps: insigni equo uectus
illustri comitatus phalange: urbē more triūphan-
tis intrat: sacellumq; quo imago sacratissime uirgi-
nis philemi montis miraculis percelebris posita
erat uisitans / gratias agit: & demum ad reficiendos
animos militum / domū reuertitur. Perdita tūc spe
arcis molisq; potiunde: uisoq; ualido presidio / tur-
ci grandioribus uiribus arcem aggredi: aliaq; loca
oppugnare: moenia diruere student: ut defensori-
bus distractis: uno momento molem & loca diru-
pta inuadant: ne uires nostrorum unite essent. &
dum diuersas partes tutari cogitaremus: negligenti-
us in mole res ageretur. Sequenti igitur nocte:
magno clamore uirorum onera subeantium cun-
cta resonant: machinas ad moenia hebreorum ue-
hant. Ante hos muros octo ingentes machinas
collocant: que munitionibus defensione / in moenia

127
fata grandia iaciunt. Alia machina prope radicem
molis que ad septentrionem uergit. in cuius uertice
qui damnati sunt: extremo afficiuntur supplicio: po-
nuntque in turrim uerticis molis molendinorum & mo-
lentina supra mole edificata globos saxeos torque-
at. Hostium proposito agnito magister solita pruden-
tia cuncta dirigens diuinis supplicationibus cum populo
& comilitonibus inuens: munitiones ad interiora
urbis parat. Iudeorum edes que in pomerio erecte
erant diruuntur: uallum paratur: fossa cauatur: & mu-
rus fosse summa arte & diligentia obijcit. Interdium
noctumque operi intendit. Non magister: non baiulium:
non priores: non milites: non ciues: non negociatores:
non matrones: non nupte: non uirgines opere uacant.
Lapides terram calcem humeris portant. Auro ar-
gento supellectili non parcitur: ut publice saluti
consulat. Machine hostium uehementissimo impetu
moenia quatunt: & faciem egregiorum lapidum diruunt
Tanta enim erat iactus uolentia tormentorum: ut
omnibus admirationi fuerit. Nullus quoque rhodi-
degens ubi ex omni natione latini nominis nonnulli
uersabantur conuersus est: qui non affirmaret ullo unquam tem-
pore tales machinas uidisse aut audiuisse. Id quoque
Georgius perfuga affirmavit: & nusquam terrarum tam
grandes inueniri asserit. Dum enim saxa spherica ia-
ciunt in lapidis exitu sonus ingens editur: que tonitruum

instar resonat: fumusq; tanq̄ nubes crassa diuturno
tempore ī aere uento fertur: quorū sonus plerūq;
ab oppidanis Castelli rubei auditus ē: quod a rho-
do centū milibus passuū orientē uersus distat. Ipse
quoq; machinē mirabilius quoddā efficiebāt. Ma-
chinarū posteriora in munitionem que palis terre
affixis fabricatur: tam grandē impetum reddebāt:
ut instar motus terre: ēdificia urbis paululum hoc
pulsu mouerentur. Spe igit̄ ī mœniū tuitione per-
dita. totis uiribus uallo fossa & munitionibus inte-
rioribus tutamen constituimus. Nec ea hosti suffi-
ciūt. Aggreditur quippe alio terrore uexare. Col-
locat enim omni ex parte tormēta & mortaria que
ex transuerso ēdificia urbis uerberāt: diruāt: mor-
talesq; conterāt. Hęc tormēta mortaria dicta inter-
diu noctuq; saxa in aera sublime iaciūt. Erat quidē
populo ingenti terrori: qui in aere tam grādes glo-
bos faxeos conspiciebat. Nō enim paruā anxietatē
id nostris incussit. Plus tamē noctu q̄ interdiu ter-
roris attulit. Nullus in priuatis domibus tutus ui-
debat. Quilibet latebras queritabat. Vex ei uulne-
ri mens humana medetur. Iussu magistrī mulieres
infantes & omnis imbecillis etas in pomerio collo-
catur: & crassa trabe protegitur. Ea namq; ingenia
raro illic decidūt. Ad urbis quippe frequentiora lo-
ca dirigunt: ut mortales cōterāt: domosq; quatiāt.

1346

Iuuenes uero & robusti qui iter diu saxa suspicie-
bant: tormenta facile uitabant. Noctu autē quidā
caueas subterraneas: quidam ualuas crassissimas:
quidā fornices & sacras eedes quērentes sub eis tre-
pidum somnū carcebant. Hoc quoq; miraculo fuit
nutuq; dei factum esse haud aliter credit: qui pu-
blicis supplicatiōibus assidue ecclesijs & altaribus
exorabat: ut cū plura saxa machine torquerēt: pau-
ci tamē mortales & quēdā bruta eoz iactu iterierūt
quē poti⁹ domotū ruina iactu lapidis collapsarū q̄
saxeī globi pōdere attrita sūt. Hostes quoq; id parū
arbitrati: duas machinas ex grādiotibus ī eminen-
tiori loco qui ad hesperū uergit: ex quo urbs pro-
spicitur collocant: quē assidue in urbē & loca edifi-
cijs frequentiora saxa torquent. Nec ipse machine
licet terrore essent: damnū insigne ediderunt: nec
mortales occiderūt: p̄pedite nō ambigo oratiōibus
quē deo: eius genitrici intemerate: & beato Iohāni
baptiste fiebāt. Bassa uero principis nostri uigiliā
& ingeniū conatibus suis inficere cōiectans Magi-
strū dolo interficere aggressus ē: submissis q̄busdā
q̄ defectiōis p̄textu eū adorirent. Quo euecto arbi-
trat⁹ rez facile potiturū. Hoc qdē nephādū facinus
p̄fuga qdā ueneno p̄ficere statuit: comite accito qui
postridie cū toxico urbē intraret. His p̄fugis Bassa
grādia pollicet⁹ facin⁹ p̄ficiāt. Qui prior ingressus ē

examini prudentū / ut ceteri subijcūt: cōtrarijs ser-
monib⁹ deprehēdit: crimēq; ultro pādīt. Monetq;
ut caueat princeps: qā plurimę in eum sunt paratę
infidię. Dānatus pfuga: securiq; percussus interiit.
Cum uero sceleris comes uenenū gestans ad nos
trāsiret: a quibusdā uix cōfodit. Vnde perterritus
ad turcos reuertit. Dū hostis italię stationis mœ-
nia oppugnat: nocte ad ripam fossę munitionē ac
repara diligētius erigit. hostilib⁹ munimētis fossę
adhibitis conspectis: de his dirimēdis consiliū agit
Deligunt fortissimi iuuenes quinquaginta: quibus
miles ordinis p̄ficiūt egregius. Eruptione itaq; fa-
cta: per fossas occulto nostri uadūt. Vbi ad partem
munitioni obiectam uentū est: scalis erectis ripam
fossę extemplo cōscendūt. sagittis: gladijs & saxis
hostes p̄sequūt: fugant: trucidāt. Ea in pugna turci
decem gladio cęsi sunt. munitio fracta. Egregij iu-
uenes uictoria potiti: quatuor capitibus hastis affi-
xis urbē ouātes intrāt: oppidanorū ingenti plausu
excipiunt. Magister uictores muneribus donat: ad
incitandū iuuenū animos & alio ad queq; egregie
obeunda alliciēdos. Paucis diebus interiectis: turci
turris potiūde desiderio cōpulsī: superioriq; repul-
sa accēsi: arcē sancti Nicolai grādiori conatu arte &
ingenio aggrediūt: munimēta quoq; & ppugnacu-
la iactu machinatū demoliūt. Quod p̄terit: sūma

139
diligentia restituitur. Parant ad conflictum ligneū
pontē qui ex sacello sancti Antonij turcis in molē
trāsītū prēbeat. Pons autē ex lignis uarijs uegetibus
cōnexis: qbus asseres clauis cōfixę erant cōstruitur.
Latitudo sex militū. equo gradu fronteq; dimican
tium capax fuit. Lōgitudo uero tāta erat quę littus
utrūq; cōtingeret. Pontē in mare turci ad ripā mor
lis traducere ingenio proponūt. Anchoram enim
rudēti alligatā quo fune pons religatus erat: circa
molē hostes ī mare deuebūt: ut tracto fune ancho
raq; mordaci dente renitēte pons ī ulteriore molis
ripā natate cōpellat. A nostris arte cognita: nauta
qdā rez maritimaz nō ignarus noctu undis se ob
ruit. anchorā soluit fune cautib; remissius alligato
q; parua ui dissoluat. Egregiū facinus ad Magistrū
detulit: q; aureo munere donatus, gaudens comitū
plausu ad stationē molis reuertit. Turci comperto
dolo cū primū pōtis deuectionē experiūt: decepti
statuūt scassatū remigio pontē ad ripā trāsuebere.
Hostis quoq; tantę rei intentus: ad oppugnationē
triremes triginta parat, bene qdem munitas & ad
conflictum ornatas. Preter has quoq; adijciunt nō
nulla oneraria nauigia, parandarias uulgo dictas:
ex qbus quedā machinis & saxeis globis tormētis
adaptatis onuste fuere: ut si turris uictoria potirēt
repente ex eo loco portū turres moeniaq; dituerēt

prosternerent: demolirentur. Nec pretermittunt
celeriores cimbis disponere que turcorum stre-
nuissimos quosque ad molem deuebant: qui primi
nostros aggrediantur: & cum eis manus conferant:
quibus preliantibus/ceteri ex ponte & triremibus
in molem descendant. Imponuntque triremibus &
parandarijs non paruas machinas quibus nostros
prosternere possint. Grandes quoque machinæ que
turrim diruerant ad tempus inenendi conflictus officio
fungantur. Princeps uero noster rex summe inuigilans
subtilique ingenio & solerti mente cuncta diiudicans
fretus strenuissimi cuiusque comilitonis sententia que
ex occidentali natione aderat. Nec defuerunt plerique
indigenæ: grecique: ingenio manuque prompti: summa
cura arcis defensionis consulit. Suspicati enim post
primam pugnam quod contigit: turris & moles propu-
gnaculis: fossa ualloque abundantius munitur: accersit
tis operarijs fere mille que interdum nocturne cautibus ex-
cissis. rupibusque demolitis quod expetitur conficiunt:
nec imperatorum sarcinis parcat. Presidia quoque in tur-
ris ruina collocant. Pariter alia presidia in radice mo-
lis disponunt: que nostris casu urgente opitulentur
Rebus sic ad pugnam paratis subditauere nostri: ne
turci duobus locis urbem eodem momento aggre-
derentur: ut uires partirentur. & quod cupiunt faci-
lius conficiant. Cui incomoditati & piculo Magistri

prudētia prouidet. Præsidia quippe robustissimorū
 in mœnibus iudeorū ac italię stationis quę iam
 iactu machinarū partim demolita erāt statuit: qui
 tuitioni intendant: nec suo iniussu discedāt. Non
 est q̄ nō sane diiudicaret ac sentiret nostrā salutem
 in turtis tuitione collocatā esse. Quo fit ut uno ore
 omnes tanq̄ fidei ueri athlete eius tuitioni cōsule-
 rent: & ut cōmune christianorū domicilū seruarēt.
 In quo plurimorū equitū hierosolymorū ac nobi-
 lium infimorūq̄: latinorum pariter grecorū rho-
 diorumq̄ uirtus & animositas emicuit: qui con-
 cordi audacia & animositate asylum & tutissimū
 christianorū refugium rhodiam urbem tutantur.
 Duo mercenarij iuuenes qui turris præsidio ascri-
 pti sunt cōprehenduntur: arma in pelagus deieci-
 se: q̄ facinore perpetrato ad turcum deficere pro-
 ponūt. Crimine damnati: capitis supplicio affici-
 untur. Ad turris demum oppugnationem turci
 tertiodecimo kal. iulij intempesta nocte terra ma-
 triq̄ summo silentio accedunt. Vbi uero pugnam
 inire conantur: grandi cum clamore & tympano-
 rum sono inuadūt. Nostri quidem arrectis auribus
 hostium impetū cōperientes: ubi eos adesse com-
 periunt: gladios stringunt: balistis & tormentorū
 iactu hostes laceffunt deturbātq̄. Hostiū triremes
 ac cimbe littoribus adherent. Pons quoq̄ traducit:

quo conscenso hostes transeunt. Nostrę quidem
machinę in muris collocatę globos saxeos torquēt
Pons natans frangitur: turci merguntur: quatuor
quoq; triremes & nauigia tormentis onusta iactu
machinarū prosternunt: & undis obruūtur. Tur
ci frequentes qui ex cimbis & triremibus in molē
descenderāt: a nostris ceduntur trucidantq;. Ignis
etiā in classem solutis lintribus imittit. Nec turci
impigri bombardis respondēt: ignes iaciūt: sagit
tas impetuofissimas ex balistis & cathapultis tor
quent. Magna ui in obscuro: nisi dum ignes iacu
lati lucem plerūq; præberent. Acriter pugnat: &
media nocte usq; ad horam decimā diei sequentis
durans pugna: propulsatisq; hostibus uictisq; diri
mitur. Vidisses toto triduo hostiū cadauera litto
re iacentia: auto argento insigniq; ueste fulgentia
& cōplura mari fluctuantia quę pelagi estus ut na
tura solet ī superficie ferebat: quoꝝ spolijs cōplu
res potiti sunt: & ex his nō parum comodi uendi
cant. Insignis quidem hęc pugna fuit morte cloro
rum uiroꝝ qui turcis præerāt: quoꝝ interitus mœ
rorem & luctū hosti attulit: præsertim generi turci
uiri quidē strenuissimi a turcoq; dilecti mors ma
gno fuit mœrori. Cuius cadauer post triduū mari
ebuliente in molis littus deuectū reperitur: eiusq;
spolijs quidā ex nostris potitur. Perfuge qui post

141
prelium ad nostros defecerunt / edocent exercitum
magnā cladem accepisse: turcosq; ea in pugna duo
milia quingenti cecidisse: ex eoq; Bassam ingen-
tem mcerorē cōcepisse: qui tres dies intra papilio-
nes: frequentia cōmilitonū p̄hibita se cōtinuit: &
stragē tūro celerius nūciat: eo quoq; magis mens
eius rodit q̄ post tantā ruinā turri illatā arce potiri
nō potuerit: & q̄ tantā in eius oppugnatione igno-
miniam acceperit: existimās turcensem numerosū
exercitū inualidū esse: qui turrim disruptā expu-
gnate nō ualuerit. Cū autē turci spem turris expu-
gnandę perdidissent / conatū: studiū: industriam
omnesq; uires ad ciuitatē omni ex parte oppugnā-
dam cōuertūt. & licet ad mœnia iudeorū: ac italię
statiōis animū potissime cōuertāt: nō cessant tamē
circūquaq; muros uerberare ac demoliri. Hostis
cœptū opus cōtinuat: assiduoq; conatu aggredit̄ p̄-
positū cōficere. Excogitant itaq; turci urbē ingenio
occulto p̄pinquare: fossas labyrinthi p̄similes effo-
diūt: quas lignis arborū ramusculis cōtextis edifi-
cāt terraq; operiūt: ut latenter ad fossas urbis acce-
dant. Propugnacula quoq; multis in locis cratibus
de uiminibus contextis edificāt: ex quibus assiduo
sagittant. colubrinis quoq; ac serpentinis nostros
deturbāt: fatigant. Pensitant quoq; eis cōducere &
aliquā partē fossę quę mœnibus adiacet opplere.

Opera itaq; ab hoste adhibita lapides cōgerere nō
cessant: & occulto ī fossam iaciūt. Operis assiduita-
te pars fossę opplet: antemurali quoq; equatur. ex
quo & murorū ruina ī dorſi formā redacta: facilli-
mus cōsensus in moenia efficit. Præcellētissimus
princeps noster Rhodiorū magister: his cōspectis
diuino quodā ingenio agēdis incūbens: nil præter-
mittere decreuit quod saluti urbis cōducere uideat.
Maturitateq; ac solita modestia utens: militibus ad
contionē uocatis: conatus & discrimina grauitè ac
prudenter explicat. Adhærebat enī lateri nobilissi-
mus eius frater excellēs miles Antoni⁹ daubuffon
dominus de montelio ad uicecomitē: uir qdē cōsi-
lio & armis clatus: q paulo ante ex gallijs: robustis
comitatus uiris ī orientē: sancti sepulchri uisitandi
gratia: cupiens sūmopere tam glorioso certamini
interesse trāsfretarat. Is enim a fratre patrū decreto
ob fidei integritatē: agendorū experiētīā artisq; mi-
litaris disciplinā: cōmilitonū dux & urbis capita-
neus designatus: magnanimi & prudētis capitanei
munia obijt: & rez sūme cōsulit. Aderāt nō pauci
equites hierosolymoz: pcellētes baiuliui: priores
senatorij ordinis præceptores & fratres: nobilibus
familijs in occidentali plaga nati. Affuerūt nego-
ciatores prudentia pollentes: ac rhodij ciues: græci
quoq; ingenio præditi: qui unanimi consensu de-

tutanda urbe cōsultāt: Excelluit pfecto plurimorū
 cuiusq; generis astantiū pbitas: generositas: uirtus
 ac magnanimitas: quoz sententijs discussis/princi-
 pis nostri solertia quod optimū diiudicatū est ele-
 git. Nostri uero/ cuiusdā experti suafu machinam
 uersilē quod tribuccū uocāt ingentia saxa i muni-
 tiōes & hostiū fossas torquēs erigere statuūt. Aedi-
 ficat q̄ celeriter machina periti uiri sententia: nau-
 tarūq; & architectoz opera. Quē ubi erecta ē: uir
 petitus grauia saxa i hostes iacit: multosq; cōterit:
 munimēta diruit: dānaq; intulit: nō paruipendēda
 Excogitatū quoq; ē eā partē fosse quē lapidibus a
 turcis oppleta erat euacuare. Sed cū id palam effici
 nō posset/ cuniculo i pomerio effosso exitū sub la-
 pidib; nostri habēt. & clam lapides i urbē cōportāt.
 Sentiūt pfecto turci q; fosse p̄p̄inqui erāt/ lapidū cō-
 geriē minui: & ascēsus opportunitatē adimi: nisi
 q̄tocius quod cupiūt efficiāt. Atroci enim murorū
 ruina cōspecta/ statuit munitiōib; inniti quē ipetū
 machinaz sustineāt. Muroz igit lapsui munimēta
 & repara nostri obijciūt: quē i hūc facta sūt modū.
 Murus crassitudinis palmoz duoz i pomerio ex op-
 posito moeniū ducit: paliq; ex robustissimo ligno
 terre ifigūt: glis ramusculis fruticib; quoq; inter-
 mixtis intus ponit: assiduoq; attritu ifusa aqua fir-
 mat: densatq;. Prouidēt insup igenijs hostes i ipso

211
cōgressu ppellere & propulsare. Ignes itaq; artifi-
ciosos parant uarijs modis recōditos cadis pice sul-
phure: cōbustibiliq; materia repletis: ac sacculis: la-
minis ferreis: puluereq; machinaz refertis: que in-
genia exitio hosti futura sint. Ingēs præterea cylin-
drorū copia affert: que in hostes ruāt: eosq; pterāt.
Varia quoq; ppugnaculoz forma edit: que turcis
impedimēto: nostris sint adiuuimēto. Delectabāt cō-
spiciētes uirorū ingenia: qui remedia excogitabāt:
ac plaudebant. Adducit Georgius pditor: forti co-
mitatus caterua ad custodiā data. Consultus de his
que tuitioni futura sint: remissius: tardiusq; respō-
det: nec de se experimentū ab eo expectatū præbet
quēadmodū pollicitus erat. Sperabat q; ppe uir ini-
quus & callidus uidens murorū iacturā & facilem
ascensū p ruinā: ciuitatem in hostiū potestātē futu-
ram. Quēdā tamē ptulit: ut eius astutiā occultaret.
Suadet machinā parari que in machinas hostis ia-
ciat. Quod ut factū est: turcus machine istus ex ad-
uerso dirigit: murūq; nō parū ledit. Dū hæc agerēt
epistolę ex castris in urbē sagittis dirigūt: que Ge-
orgiū insimulāt. Nec Georgius licet urbis discrimē
uidetet uerbis pcacibus se abstinet. Que ut ad noti-
ciā deueniūt: uehemēs suspitio in eū orit. Quibus
ex causis uinculis & carcere arceat: deputantq; qui
uirū examinent: & causas defectionis perquirant.

- Examinatus / cōtradiçtorijs ac cōiecturis sufficien-
 tibus cōuictus torquet. In tormēto & extra rogatus
 ultro fatetur iussu turcorū tyrāni ad rhodios defe-
 cisse: ut urbē si posset pderet: quemadmodū plura
 oppida pdidit. Sin minus rhodi p sinistre uersaret
 cūcta diligentius acutiussq; pquireret & specularēt
 Mores quoq; status & cōditiōes incolaz & religio-
 nis intelligeret: ac demū si classis nō uinceret: ad
 turcū reuerteretur: edocturus quē ad urbis expu-
 gnationē cōducerent. Proponebat nāq; turcus hāc
 urbē in suā ditionem redigere. Quod ut cōficeret:
 multis pollicitationibus ac pluribus donis allectus
 Georgius extitit. Crimine cōuictus / supplicio ca-
 pitis damnatur: & in propatulo spectante populo
 fune furce religato Georgius suffocat. Ut animā
 exalauit / populus cū plausu ad priuatas statiōes re-
 uertitur: letus & gaudens de nece proditoris chri-
 stianę religionis: qui tot animas perdere uoluit: &
 ad iugulationē & fidei orthodoxę abnegationē tot
 pclaros uiros: castissimasq; matronas: sacrasq; uir-
 gines & plebem christianā pducere studuit. Luit
 tādē pcenas sceleri debitas uir pfidus. Vigilans &
 semper aliquid cogitans turcensis classis pfectus
 Bassa: alteras litteras in urbem iacere studet: que
 grecos indigenas & ciues latinos ad deditionē hor-
 tant: uita & supellectili salua promissa: multamq;

181
imunitatē pollicetur. Solū urbis ditionē expostu-
lat: & interitū militū, ac pñitiem religionis hie-
rosolymorū affectat. Si secus rebus suis cōsulant: ad
unū omnes īterituros affirmat. Putauit uir nepha-
rius populū infidū inuenire: & qui metu terreret
uel muneribus alliceret. Sed reperit orthodoxę fi-
dei plebē deuotā: ac ordini hierosolymorū fidam
cōsilioq; & armis mutua eqtū & latinorū nostrorū
cōuersatiōe expertā. Ea igit in uanū tentante: alio
utitur cōmento. Mittit ad ecclesiā beatę marię uir-
ginis helemonitre greculū qui dudū ad tūrcos de-
fecerat: qui uigiles alloquēs ait: Bassam oratorem
ad principē nostrū uelle destinare dūmodo tutus
aditus pateat. Respōdet ut illic ad ripā fosse nūciū
mittat: aderitq; in boleuardo qui nomine Magistrī
respondeat. Affuit postridie Bassę orator q; nostris
prius salutatis ait: p̄fectū classis se nō parū imo
uehemēter admirari q; tā potēti principi resistere
audeamus: qui duo īperia: tot regna: tot urbes: tot
p̄uincias: totq; potētatus subiugauit. Quare suadet
ut nostrę urbi & agris indoleamus: nec patiamur
tā crudele facinus p̄petrari: nec urbē diripi: & ad
iugulationē uiros: & mulieres ad raptū & ignomi-
niam duci. Bellū an pax p̄stiterit dicamus. Polli-
cetur quippe breui forma & cōpendio pacem si li-
buerit se p̄stiturum: & nos possessores urbis &

agrorū permanfuros. Aliter minas addens pmittit
 prope diem ciuitatem in suā potestātē trāsiturā di-
 reptioniq; prebituram: & omne genus crudelitatis
 executurum. Qui principis nostri uice aderat edo-
 ctus respōdet. Nō possumus satis nō admirari: uos
 q; cū classe & ipetuosis machinis castrorūq; copia
 urbē nostrā circūdatis: nos ad pacē hortari: cū id a
 militatiū officio alienū uideat. Verū figmēto age-
 re uidemini: ut animos tentetis. Sciatis nec polli-
 citatiōes nec munera uestra nos mouere: aut ad ali-
 quid indecens cōficiendū allicere. Nec pfecto mi-
 nē uestre nos terrent. Sumus enim unanimes: nec
 discrimen est inter latinū & grēcū. Christū enim
 colimus una fide & firma mēte. p quo pugnare pa-
 rati sumus. & mortē potius oppetere: q; mahume-
 to coniungi sicut faceflant promissa & minē qbus
 nos mouere conamini. Cū uestra classis domesti-
 cos lares reuiferit: si oraturos de pace tractaturos
 mittetis: de re cōsultabimus. Cū armati & exercitu
 precincti estis: officiū bellatiū pficite: & uobis deo
 ppitio cōstāti animo respōdebimus. Cognoscetis
 quoq; nō cū asiaticis & effeminatis uiris cōtendere
 sed cū catholicis fortissimis manū conferere. Quo
 dicto turci uultu demisso extēplo discedunt. Dum
 turcis maiori conatu: ingenio: arteq; resistit: ipsoꝝ
 insania incēditur. Pudet quippe eos tantū exercitū

nō preualere: & sui tyrāni formidolosam potentia
a Rhodijs cōtemni. Furibundi itaq; machinis mor-
tarijs sagittis cathapultis/ dies noctesq; urbē laces-
sūt: infestāt: deterrēt: expeririq; satagūt si rhodiorū
animi facinora obire preclara audeāt: quēadmodū
preclara & magnifica uerba pferūt. Secūdū igitur
altex preliū ad turrim molis diui Nicolai cōmissū
diebus septē & triginta exactis: uires in urbis moe-
nia augment: faciemq; ciuitatis deturpāt. Noua qdē
urbs crassissimo muro cincta turribus ī celū erectis
ornata. ātemurali quoq; & ppugnaculis aptissimis
munita / triū miliū quingentorū spetricorū saxorū
frequētissimis ictibus laceraē: deturpaē: demolit.
Eāq; ruinā plerēq; domus ciuiū & magistratus pa-
latia pornata ac magnifica patiūt: ita ut prioris ur-
bis facies penitus pdita uideret: ac tāq; gigantei ca-
daueris sarcina pstrata iaceret. Attoniti sunt pluri-
morū animi. sed princeps uir qdē magna sapien-
tia generositate atq; magnanimitate preclaris ac
magnificis comitatus equitibus: pugnatorūq; glo-
bo fortissimo stipatus/ spem ī deū ī mortālē ac filiū
eius dominū nostrū ihesū christū: eiusq; genitricē
precursoremq; sanctum lohānē baptistā dirigens:
cūctorū mētes solidat. Nec defuerunt magnanimi
baiuliu: priores: pceptores: ac fratres sacri ordinis
hierosolymitani/ pariter negociatores: indigenēq;

& greci: q̄ pro fide orthodoxa fortiter pugnare nō
 formidant. Nō deterreat p̄fecto animos / mitorū
 formidāda ruina: nō metū incutiebat facilis hostiū
 ascēsus: nō machinarū impetuossissimi iactus men-
 tes pturbāt. Autumant turci paruo momento ur-
 bē subigere. Putāt nostri spe & fide pleni / mabu-
 metanā gentē facile ppulsatū iri. Hinc turci in au-
 rora & solis occasu ad ripā fossatū fistulis & tym-
 panis turcensibus solitū cantū edūt: exultantq; de
 futura uictoria. Nostri in pomerio tubarū clāgore
 iubilant. Princeps noster p̄clarissimus ingenti acu-
 mine p̄ditus prope diē hostilem inuasionē futu-
 ram cōiectat. Maturo igit̄ cōsilio p̄sidia mceniū
 instituit. Hisq; p̄stantes uiros p̄ficat: subsidia
 quoq; nō negligit: quibus & electissimos sui ordi-
 nis cuiusuis nationis baiuliuos & equites p̄esse
 uoluit: qui p̄sto casu urgēte adesse debeant. Ipse
 uero partes subsidij non recusat. Quinīmo assiduo
 labori nō parcens: in pomerio mceniū lapsorū resi-
 det: illic somnū q̄uis nō diuturnū sumit: cenitat:
 uersat. Magistri uestigia strenuissimus quisq; se-
 quitur: nec primi: nec mediocres: nec infimi onus
 recusant. Turci uero ī castris p̄conis uoce pmul-
 gant: urbis supellectilem in direptionem transitu-
 ram: impuberē etatem sub iugum ut fidē abneget
 mittendam. Prouectos uero & adolēscētes ad unū

iugulandos. & qui uiui capti essent / palis quos ad
id exequendū milia octo parauerāt cruciandos; ci-
uitatis ditione / turcorū tyranno reseruata. His di-
uulgatis properāt turci ciuitatem aggredi. prius q̄
id moliant / mahumetū suo more inuocant: corpus
lauant purgātq;. Sacculos ad rapinā parāt. funicu-
los ad captiuos religandos çonis cōnectunt. Pridie
q̄ pugna iniretur totaq; nocte diei continue ac die
luculo quod mane quo pugnatū est præcessit / octo
machine muris obiectę saxa ingentia assidue tor-
quent. Quod loco propugnaculorū adhibitū erat
diruūt. Vigiles quoq; ac custodes & mœniū præ-
sidia partim occidunt: ut muris quisq; superstare
nix posset / nisi summo astu occultaret. & scalas ad
signum campanę paululum descenderet & demū
conscenderet. Nec tempus datū est / propugnacula
denuo instauranti: cū bombardarū ictus frequen-
tiores essent: ita ut tam patuo tempore trecēta uel
circiter saxa iacta sint. Turci uero iactu machinatū
peracto / ad signum iactus mortarij: quod pridem
eo in loco constituerant confertissimi maguo im-
petu q̄ celeriter quinto kal. augusti ruinam orto
sole conscendunt. Erat nanq; facilis ut diximus eis
ascensus imo facilior q̄ nostris per scalas. Superio-
ra quoq; murorum loca occupant: trucidato quod

illic erat p̄sidio. quod primum tanto impetui re-
 sistere nequiuit anteq̄ subsidia nostra scalas con-
 scenderint: & illic hostilia signa statuūt. Idē quoq̄
 faciunt ad turrim italię cuius uerticem oppugnāt.
 Clamor undiq̄ oritur: manus quoq̄ uiriliter con-
 feritur: magnaq̄ ui pugnatur. Nostri quoq̄ a de-
 xtro sinistroq̄ cornu fortiter hosti resistunt. Vbi
 affuerūt gloriose dimicātes miles p̄stantissimus
 dominus de montelio Capitaneus armis pollens:
 baiuliu quoq̄ & equites hierosolymorum: ac ne-
 gociatores: non pauciq̄ indigenę: & cuiusuis nati-
 onis strenui: quorum quidam inter confertissimos
 hostes acriter dimicantes cecidere: alij multis uul-
 neribus acceptis uitam seruauere. Scalas quoq̄ que
 quatuor erant quibus in uicum iudeorum descen-
 debat: una iussu principis nostri p̄fecta qua turci
 descendere ceperāt: extemplo conscensis Clarissi-
 mus magister & princeps noster Pett⁹ daubuffon
 p̄clara comitatus cohorte: magno fortiq̄ animo
 hosti se obijcit: scalāq̄ conscendit. Hostem quoq̄
 uiriliter oppugnat ppulsat: quosdamq̄ trucidat.
 Nec aliter ipse suiq̄ cōmilitones q̄bus comitatus
 erat pro fide catholica: & re publica christianorū
 pugnauere q̄ olim gloriosi machabei p̄ cultu diui-
 no & hebreorum libertate p̄liati sunt. Nec haud

secus q̄ pleriq; Romani principes pro tutanda patria dimicauerunt: qui ob seruata rem publicā patres patrię meruerūt appellari. Hos enim precellentissimos uiros imitatus princeps & magister noster: discrimina nō formidās: uulneribus quinq; in corpore exceptis quorū unū letale cēsebat: nisi medicorū cura remediū attulisset: rhodiorū rem publicam tutatus est: seruauit: restituit. Ob quod p̄clarū quidē facinus pater patrię optimo iure appellandus est. Turci enim perpulchre armati duo milia quingenti super muros erant cōfertissimi: nostros secū manus conserētes armoz ui ppellere nitebāt. Primoꝝ tamen uirtus inuicta psistens: diuino presidio suffulta nequaq; loco cessit. Sequebat̄ quoq; turcos q̄ muris potiti erāt: ingēs turcoꝝ multitudine que totū campū adiacentē: ruinā: uallū & fossam expleuerat: ut terra uix conspici posset. Affirmāt pfuge: quadraginta milia turcoꝝ inuasioni adesse. Pugnatū ē duabus horis ambigua fortuna: modo ad nostros: modo ad turcos uictoria iclināte. Tādē diuina clemētia principis & nostroꝝ uirtutē fauēte turci fundūt: ppulsant: cedūt: itātoq; ipetu & celeritate terga uertūt: ut sibi ipsis necē & uulnera afferrēt. Spectaculo nobis fuit quod a nostris iterpugnādū gestū ē cōspicere. Ex turcis qppe q̄ nostros fortiter lacessebāt sup muros stātes trecēti a nostris

117
in uicū iudeorū precipites trahunt & impellunt.
Erat nāq; muri altitudo ad intra fere pedū uiginti.
Hi omnes ad unū trucidati sūt: & cadauera uulne-
ribus deformia passim iacētia intra urbē uisa sunt.
Cū turci pedem refertēt: & ad castra tenderēt: no-
stri eos cōsecuti sūt: & cōplures intra munitiones
occiderūt: quorū spolijs: ac insigni tyrāni uexillo
auto argētoq; ornato quod tātē uictorię monumē-
to extitit potiti: magno cū plausu urbē per muroꝝ
ruinā intrāt. Cecidere ea in pugna turci tria milia
q;ngenti: quorū cadauera itra urbē: super moenia:
fossa munitiōibusq; hostiū & mari reperta sūt. &
postmodū ad luem uitandā quę passim deformia
& lacera iacebāt cōbusta. Interiere p̄t̄ perfugę di-
uulgarūt: q; cū exercitus a Bassa recenseret aderāt:
ex turcis obsidionis tēpore nouē milia: uulneratiq;
sūt milia q;ndecim: magnisq; icomoditatibus exer-
citū affectū affirmāt. Fama satis constās est & palā
a perfugis uulgat̄ turcos uisionis miraculo exterrit-
os tanta trepidatione loco cessisse ac pedē retulisse.
Aiunt enim cū uexilla domini nostri ihesu christi
ac uirginis marię: ac sancti iohānis baptistę religi-
onisq; hierosolymotū in conflictu iussu principis
erecta sunt: cruce[m] aureā in aere splendidissimam
hostes uidisse: apparuisse in super cādidissimā uir-
ginem clypeū & hastam gestantē: ac hominē uili


ueste oblitū splēdidissimo comitatu stipatū p̄sidio
adesse. Quę uisio tātū terrorē eis incussit : ut nullo
pacto p̄gredi ausi sint. Fatendū quoq̄ ē : hāc uictō-
riā cęlo demissam esse. Quomodo tā parua militū
nostroz copia hosti potētissimo iā muris potito re-
sistere potuisset / nisi diuinū p̄sidū affuisset. Quo-
modo tā parua tēporis morula : tāta hostiū manus
cecidisset / nisi angelus dei uictoriā attulisset & ini-
micos trucidasset. Erāt enī tot occisoz cadauera : &
ita ppulchre ordinata : ut nō horarū sed dierū opus
esse uideret : & id potius diuinitus q̄ hūanitus cō-
tigisse putet. Quis hostē moenia possidentē : iamq̄
uictoria lasciuiētē & exultantē terruit. Deus cle-
mētissimus. Quis hostē ne scalis descēderet : anteq̄
subsidia cōscenderent p̄hibuit. Deus fortissimus.
Quis eorū mentes obcecauit ut post primā pug-
nā nō aggrediunt nostros : & multis uulneribus op-
pressos & defatigatos oppugnēt. Deus cle-
mētissimus. Quis tam potentē hostē qui tot & tāta regna
subiugauit p̄hibuit : ne hunc hierosolymorum
principatū : mediocrē quidē ac ceterorū compa-
ratione tenuē / post Cōstantinopolitanę urbis exci-
dium / suę ditionis faceret. Deus sapientissimus.
Agamus igit̄ gratias de tanto beneficio ei qui nos
ab impiorū manibus p̄seruauit. Turci enim spe
potiūde urbis ducti : queq̄ crudelitatis genera ex-

ertere pponerant: sed nephando optatu frustrati
 tanq̄ pecudes trucidāt: ppulsant: uincūt. Ex tēplo
 pugna cōmissa ad primū lapidē castra & papilio-
 nes turci collocāt: machinas ad littus maris deue-
 hant: & nauigijs onerant. Vulneratos & quos ex
 lycia traiecerāt: multos dies usq; ad eorū discessum
 in turchiam cū omni supellectili reuehūt. Hortos
 uineas pdia si que itacta illesa q; remāserāt: uastāt
 depopulāt: incendūt: ingēti pecudis multitudine
 abacta. Dum hęc turci molirentur & discessū pa-
 rarent: apparuere subsidiarię naues quas p̄cellen-
 tissimus sicilię Rex Ferdinādus: fidei catholicę de-
 uotissimus rhodijs mittebat. Quę ad aurā post me-
 ridiem: turcis cōspiciētibus cū rhodiorū plausu &
 gratijs altissimo datis: portū intrare non formidāt.
 Hostis machinas quas ad hoc parauerat in eas diri-
 git. Iactu machinarū una detrimentū malo excipit
 altera icolumis euasit. Anchoris ante aditū portus
 naues subnixę: ui tormentorū & maris estu feruē-
 te paulū ab aditu discedunt. Hespero adueniente
 & procella ingruente: nauis quę leśa fuerat: portū
 intrat: altera uela uentis dare cōpellitur. Postridie
 eius diei cum ea nauis portum subire niteret: uen-
 to deficiente: dū placidum redditur mare: nec lon-
 gius a classe turcensi distaret: triremes turcorū ui-
 ginti: exercitu & Rhodijs conspicientibus nauim

aggrediunt & oppugnant. Qui naui deuehunt uiriliter
se tutant. Horis uero tribus nauali plio machinarum
iactu pugnatum est. Tandem nostri uictores euasere.
In qua pugna triremium perfectus occidit. Hac quoque
incommoditate accepta ad suos hostis reuertit: & na-
uis subsidiaria postero die portum plenis uelis intrare
non formidat. Attulerunt perfecto hanc naues nuncium
quod rhodios non parua affecit leticia. Pontificique
prope littere recitant que rhodiorum animos paterna
monitione solidant. Subsidia quoque nauium parata pan-
dunt que prope diem uentura erant. Preterea grande ex-
peditione parari nunciat: que nedum rhodios obsidi-
one liberare: uerum etiam inimicam classem expugnare
ac prosterne possit. Rhodij leto accepto nuncio cle-
mentissimum Romanum pontificem Sixtum quartum miris
laudibus tollant: laudant: predicant: deoque pro eius
felici statu humiles preces fundunt. Hic quoque rumor
ad turcos transit: qui perterriti coeptum discessum ac-
celerant. Exactis igitur nouem & octoginta diebus rho-
diorum littore classis solues phiscum nauigare properat
Illic milites & suppellectilem exonerat. Vbi dies un-
decim morata ad domesticos lares cum clade & igno-
minia reuertit. Qui obsidionis pericula expertus est
& res publico functus officio cognouit: ad laudem
dei: christianae religionis exaltationem: & Rhodiorum
gloriam: rerum gestarum commentarium edidit.

Laus Deo.





The
Din





